



Index Librorvm Prohibitorvm Alexandri VII

Alexander

Romae, 1667

XLII. Sacræ Congregationis Indicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81440)

Sedis Apostolica Diffinitionem verbo, *vel* scripto deinceps afficiat.

In quorum omnium, & singulorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Pij Sacrae Congregationis Praefecti praesens Decretum signatum, & munitum fuit. *Rome*, die xix. Martij 1633.

C. Episc. Portuen. Card. Pius.

F. Io. Baptista Marinus Ord. Praedic. S. C. Secr.

Locus † sigilli.

XLII.

SACRAE CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Congregatio Indici, ad extinguendos inter Sacros Religiosorum Ordines Squæstionum fomites, & ob non servata Sacri Concilij Tridentini præcepta, decrevit & mandavit, sub pœnis in Sacro Romano Indice Librorum Prohibitorum, & Sacris Canonibus contentis, de medio tollendam esse & à fidelium oculis amovendam effigiem Sancti Basilij Magni Cucullati, habitu prorsus Benedictino, Regularum suarum Codicem sinistra manu tradentis quatuor Sanctis Patribus Religiosorum Ordinum Fundatoribus coram se genu flexis, deque dextero latere se se præbentibus in conspectum cæterorum Ordinum etiam Militarium Fundatoribus; additis sub effigie verbis, Ad reuocandum vitæ Communis Cœnobiticæ originem in eiusdem Sancti Patris institutionem typis æneis expressam à Ioanne de Noort, anno 1634. Ac proinde distictè inhibet omnibus & singulis Christi fidelibus, ne dictam effigiem impressam, pictam, seu insculptam, apud se detineant, illamque si quomodolibet apud eos extiterit, locorum Ordinarijs aut Inquisitoribus statim exhiberi iuber. Impressoribus vero, incisoribus, pictoribus, & scultoribus sub pœnis iisdem, alijsque arbitrio eiusdem Sacrae Congregationis prohibet omnino, ne huiusmodi effigiem moliantur in posterum, necnon formas quasumque, statim à præsentis Decreti notitia infringi præcipit, ac deleri. Atque ita ubique locorum ab omnibus & quibuscumque servari decrevit.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi & Reverendissimi Domini Cardinalis Pij præsens Decretum signatum, & munitum fuit. *Rome*, 10. Decembris 1636.

C. Episcopus Portuen. Cardinalis Pius.

Locus † sigilli.

Fr. Io. Baptista Marinus Ord. Praed. Secr.

XLIII.

SANCTÆ INQUISITIONIS.

Feria V, die 5. Maij MDCXXXIX.

In generali Congregatione S. R. & Vniuersalis Inquisitionis habitam Palatio Apostolico apud S. Petrum coram S. D. N. D. Urbano divina Providentia Papa VIII; ac Eminentiss. & Reverendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus, adversus hæreticam pravitatem Inquisitoribus generalibus à sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

SANCTISSIMVS D. N. D. Urbanus divina providentia Papa Octavus, attentè perpendens; quòd nulla cura magis anxios & sollicitos habeat Romanos Pontifices, quàm ne lolium & zizania adulterinæ doctrinæ pro sincero veritatis Catholice trinitate, in agro Dominico succrescant: Quodque ob id fel. record. Clemens Octavus, simul atque accepit in quadam vetusta Turri Ciuitatis Granatensis, Torpiana nuncupata, pro

INDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
= 4.